

NOTE.
IN LUCAM.

CAP. I.

Vers. 6.

Incedentes in omnibus mandatis & institutis Domini irreprehensibiles) Scil. pro statu viatorum ac regeneratorum, quò inculpabilitas æstima-
tur ex fide in Christum. Rom. 3, 1. non autem absolute. 1. Joh. 1, 8.

7. καθότι) pro διότι. Eò quod.

17. Ἐπί) pro μετά unà cum, quemadmodum ̄ Hebr. ̄ pro
eis. Ibid.

17. Et ipse præcedet antè eum) Scil. Deum Dominum filiorum Isra-
el v. præced. 16. i. e. Messiam. Conf. infra v. 76. Efficacissimum pro
verâ Deitate Christi argumentum. Vid. Harmon. Chemn. p. 27. Hic
vers. est. egregia exegeſis v. 6. c. 4. Mal. & Pf. 45, 17. Conf. Act. 26, 18.

20. Ἀνθ' ὧν) propterea quod. Heb. ̄
Conf. c. 19, 44.

21. Ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρογνίζεν αὐτὸν) Hebraism. ̄

27. Ex domo David) Hæc ad Mariam quoque applicari possunt,
quod fuerit de domo David, utpote contribulem Josephi Num. 36.
v. 6. ad 13. Conf. Euseb. Hist. Eccles. l. 1. c. 7. & Luc. 1. v. 69. c. 2, 4.

35. Virtus Altissimi inumbrabit te) Conf. Jer. 10, 12. c. 31, 22. 1. Cor. 1, 24.

36. Et ecce Elisabeth cognata tua) Elisabetha συγγεινῆς Mariæ, Za-
chariæ Sacerdotis uxor, non arguit, Mariam ex tribu Juda non fuis-
se: nam qui hæreditatem in populo non habebant, illis licebat, ex-
trà tribus suas, uxores ducere. Conf. ex: Summi Sacerdotis Aaronis
Exod. 6, 23. qui duxit Elisaben Nahassoni sororem ex tribu Juda. V. p.
201. Gualther. Homil. in Festiv.

37. ̄ ἀδυνατήσῃ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα) Triplex Hebraismus
̄ ubi 1. Fut. secundum pro præsent. 2.
̄ pro ἐν, ullum. 3. ῥῆμα pro πρᾶγμα.

39. εἰς πόλιν ἱέρδα) i. e. Hierusalem, κατ' ἐξοχήν.

47. Et exultat Spiritus meus in Deo Salvatore meo) Spiritus h. l. est
animæ regeneratæ vis & impetus, quò toto affectu in Deum fertur
eique uaitur.

56. Mansit autem Maria cum illâ quasi menses tres) Conf. Typum de
Arcâ Dei spatio trimestri apud Obed Edom manente.

59. Ἐπί) cum Dativo secundum. ̄ it. In, apud 2. Cor. 1, 4.

62. τὸ